



Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Complectens Constitutiones ab Alexandro VIII. Innocentio XII. & Clemente
XI. editas

Luxemburgi, 1739

CXXIII. De habilitatione Magistrorum Novitiorum, & 4 Lectorum Congreg.
Cælestinorum ad Abbatiam.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74715](#)

Marchitelli - Io Marco Marchitelli affermo quanto di sopra mano propria.

Bigelli - Io Antonio Girolamo Bigelli affermo quanto di sopra mano propria.

Petrucci - Io Felice Angelo Petrucci affermo quanto di sopra mano propria.

Sartori - Io Baldassarre Sartori confermo quanto sopra mano propria.

Puyol - Io Gabriel Puyol confermo quanto sopra mano propria.

Spinacciati - Io Francesco Spinacciati confermo quanto sopra mano propria.

Preces Magistrorum & Punctorum, ac causa hujus Constitutionis.

J. 1. Cum autem, sicut eadem expositio subiungebat, Exponentes praedicti Decreta hujusmodi, utpote accurato, & exacto dicta Capella Nostra servitio, salubrique dicti Collegii directione conducibilia, quo firmius subsistant, nec in vim facultatis ipsi Collegio per dictas Sixti Praedecessoris Literas, sicut primitur, concessa in futurum revocari, mutari, corrigi, reformati seu alterari valent, Apostolicae confirmationis Nostrae patrocinio communiti, illorumque observantiam, itaut quemadmodum unanimi totius Collegii prefati consensu edita fuerunt, sic ab illis nonnulli pari consensu, & accidente ad id Apostolica, seu pro tempore existentes ejusdem Collegii Protectoris auctoritate, recediullo modo possit, constabiliri summopere desiderent. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in praemissis opportune providere, & ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignaremur.

J. 2. Nos igitur eorumdem Exponentium votis hac in re quantum cum Domino possumus, favorabiliter annuere volentes, eorumque singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latissimis, si quibus quomodolibet innodata existunt, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censemtes, hujusmodi supplicationibus inclinati, omnia, & singula praefixa Decreta auctoritate Apostolica, tenore praesentium confirmamus, & approbamus, illisque inviolabilis Apostolicae firmatis robur adjicimus; ac omnes, & singulos Juris, & facti defectus, si qui defuper quomodolibet intervenerent, supplemus.

Confirmatio
relatorum
Decretorum.

Clausula.

J. 3. Decernentes easdem praesentes Literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiti, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabili in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabilitate observari: sique in praemissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palati Apostolici Auditores judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

J. 4. Non obstantibus praefatis Sixti Praedecessoris Literis, aliisque prmissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon Capella, & Collegii praedictorum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roborata Statutis, & confuetudinibus; privilegiis quoque, Indulis, & Literis Apostolicis in contrarium premissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores praesertibus pro plene, & sufficienter expressis, & ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robe permanens, ad premissorum effectum hanc vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud S. Mariam Majorem sub Annulo Pisc. die XVI. Julii MDCXCIX. Pontificatus Nostri Anno Nono.

Confirmantur duo Decreta Capituli Gen. Congreg. Celestinorum Ord. S. Benedicti circa habilitationem Magistrorum Novitiorum, & quatuor Lectorum ad Abbatiam.

Idem concessum fuit aliis Lectoribus, & confirmatae Constitutiones ab Urb. VIII. Constit. edita 1626. Julii 8. P. 3.

INNOCENTIUS PAPA XII.

Dat. 25. Julii
1699. An. 9.

Ad futuram rei memoriam.

Exponi Nobis nuper fecit dilectus filius modernus Abbas Gener. Congregationis Monachorum Celestinorum Ordinis S. Benedicti, quod ipse ad maiorem Dei gloriam, & dicta Congregationis incrementum, illiusque Monachorum, ut non minus in Religiosis virtutibus, quam literarum studiis magis, magisque proficiant, incitamentum, tria Decreta in Capitulo Generali dicta Congregationis anno 1698 celebrato ab omnibus illius Vocalibus concorditer acceptato edi curavit, nempe Primum, quod Magistri Novitiorum ejusdem Congregationis post sexennium in exercito munieris Magisterii Novitiorum hujusmodi peractum, privilegio Priorum actualium, & triennalium gaudeant, ad hoc, ut ad gradum Abbatiale de Jure habiles reddantur. Secundum, quod ii Monachi praefatae Congregationis, qui jam memoratum munus Magisterii Novitiorum per integrum sexennium exercuisse reperiuntur eodem privilegio gaudere debeant, & de facto ad dictum gradum Abbatiale habiles sint. Tertium denique, quod praeceps Lectores Monasteriorum Congregationis hujusmodi in quibusdam fe. re. Urbani PP. VIII. praedecessoris nostri literis nominatorum Lectores, aliorum quatuor scilicet S. Mariae de Corropoli, & de Casaluce, ac S. Bartholomaei Luceren, nec non S. Stephani Bononien, Monasteriorum ejusdem Congregationis, qui vel Philosophiae, vel Theologiae scholasticae lecturam in quatuor Monasteriis hujusmodi per duodecim annorum spatium exercuerint, dicto privilegio Priorum actualium, & triennalium similiter gaudent, ac etiam ad praeditum gradum Abbatalem de Jure habiles existant.

J. 1. Cum autem, sicut eadem expositio subiungebat, dictus Abbas Generalis Decreta hujusmodi, quo firmius subsistant, & seruentur exactius Apostolicae confirmationis nostrae patrocinio communiri summopere desideret: Nos ipsius Abbatis Generalis votis hac in re quantum cum Domino possumus favorabiliter annuere volentes, eumque a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latissimis, si quibus quomodolibet innodatus existit ad effectum praesentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censemtes, supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, de Venerabilium fratribus nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & Consultationibus Episcoporum, & Regularium praepositorum, qui votum dilecti filii nostri Leandi, ejusdem S. R. E. Cardinalis Colloredi nuncupati super praemissis considerarunt, & quoad petitam confirmationem secundi ex dictis tribus Decretis minime annendum esse censuerunt, consilio, alia duo, nempe Primum, pro Magistris Novitiorum, addito tamen, quod ad memoratas praerogativas, seu graduationes consequendas non sufficiat solus temporis lapsus in qualicumque exercitio Magisterii Novitiorum hujusmodi, nisi etiam concur-

Preces Abbatis Gen.

Confirmatio
duorum De
cretorum ex
tribus relatis
cum moderatio
ne quod secundum.

rat Diffinitiorii Generalis, vel Provincialis dicta Congregationis approbatio, seu declaratio super laudabili exercitio, ac Tertium Decreta hujusmodi super Lectoribus praedictorum quatuor Monasteriorum auctoritate Apostolica tenore presentium approbamus, & confirmamus, illisque inviolabilis Apostolice firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & singulos juris, & facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervererent, supplemus, salva tamen semper in praemissis auctoritate Congregationis eorumdem Cardinalium.

S. 2. Decernentes easdem presentes Literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integrorum effectus sortiri, & obtinere, ac illis ad quos spectat, & pro tempore spectabit in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabilitate observari: Sicque in praemissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Castrorum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignorantiter contigerit attentari.

S. 3. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac dicta Congregationis Monachorum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboretur, Statutis, & consuetudinibus; privilegiis quoque, Indulsiis, & Literis Apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores presentibus, pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo labore permanens, ad praemissorum effectum hanc vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

S. 4. Volumus autem, ut earamdem presentium Literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicuius Notarii publici subscriptis, & sigillo persona in Ecclesiastica dignitate constituta munitis, eadem proflus fides ubique locorum tam in Judicio, quam extra illud habeatur, qua haberetur ipsi presentibus si forent exhibita, vel ostensa.

Datum Roma apud S. Mariam Majorem sub Annulo Pisc. die XXV. Julii MDCXCIX. Pontificatus Nostri Anno Nono.

CXXIV.

Communicantur gratiae spirituales Congregationis Casinensis Benedictinis Monasterii Mellicensis in Austria.

Similis communicatio facta Congregationi Bavariae extat Conf. ed. 1691. Aug. 11. P. 1. Et Clem. XI. Conf. ed. 1714. Oct. 8. P. 14. pro Congregatione Monachorum in Bohemia.

Dat. 24. Sept.
1699. An. 9.

INNOCENTIUS PAPA XII.

Ad futuram rei memoriam.

Exordium.

Pastoralis officii, quo Catholicæ Ecclesiæ per universum Terrarum Orbem diffusa regimini divina dispositione praefidemus, solicito Nos admonet, ut paternam Virorum Religiosorum Altissimi obsequiis sub suavi Monasticæ vitz jugo mancipatorum curam gerentes, prosperis eorum in via Domini progressibus, quantum Nobis ex alto conceditur confidere jugiter studeamus.

Preces Monachorum, & cause communicantis.

S. 1. Cum itaque sicut dilecti filii Abbas, & Monachi Monasterii Mellicensis in Austria inferiori Sedi Apostolica (ut asseritur) immediate subjecti Ordinis Sancti Benedicti Nobis nuper exponi fecerunt, Monasterium praedictum magno

Religiosorum uberes in illis partibus bonorum operum fructus, adspirante superni favoris auxilio proferre jugiter satagentium numero introductum sit, ipsi vero exponentes pro majori ejusdem Monasterii augmento, feliciorique illius directione omnia, & singula privilegia, gratias, Indulgentias, favores, & Indulta tam hactenus concessa, quam in posterum concedenda, quibus Congregatio Casinensis Monachorum Ordinis praedicti, ejusque Abbates, & Monachi, aliæque personæ quæcumque eriam per viam communicationis, vel extensionis, aut alias quomodolibet fruuntur, & gaudent, ac frui, & gaudere possunt, & poterunt in futurum, sibi, dictoque eorum Monasterio a Nobis communicari plurimum desiderant. Nos ipsos Exponentes specialibus favoribus, & gratiis profequi volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicatis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiastis sententis, censuris, & paenitentiis, vel ab homine quavis occasione, vel causa latissima, si quibus quomodolibet innodatae existunt, ad effectum presentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censes, supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, de Venerabil. Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis & consultationibus Episcoporum, & Regularium praepositorum consilio predictam communicationem quadam gratias spirituales tantum auctoritate Apostolica, tenore presentium concedimus, salva tamen semper in praemissis auctoritate Congregationis eorumdem Cardinalium.

S. 2. Decernentes easdem presentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integrorum effectus sortiri, & obtinere, ac illis ad quos spectat, & pro tempore spectabit, in omnibus, & per omnia plenissime suffragari: Sicque in praemissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Castrorum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

S. 3. Non obstantibus nostra de non concedendis Indulgentiis ad instar aliisque Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Roma apud S. Mariam Majorem sub Annulo Pisc. die XXIV. Sept. MDCXCIX. Pontificatus nostri Anno Nono.

Communi-
catio præd.

Clausulæ.

CXXV.

Mandatur, ut in Provincia S. Joannis Baptistæ in Regno Peruano Ordinis Prædicatorum serventur Constitutiones Capitulorum Gen. circa successionem FF. conjunctorum in Prioratibus.

De reductione Magistrorum vid. Constat. ed. 1695. Sep. 21. P. 5. Et de translatione Cadaverum pro hac Provincia Clem. XI. Constat. ed. 1716. Jun. 3. P. 16.

INNOCENTIUS PAPA XII.

Ad futuram rei memoriam.

Dat. 9. Oct.
1699. An. 9.

Exponi Nobis nuper fecit dilectus filius Hieronymus Salzedo Frater expresse profetus Provinciae Sancti Joannis Baptistæ in Regno Peruano Ordinis Prædicatorum, quod cum dilectus etiam filius Didacus Morato Prior Provincialis dictæ Provinciae in novissimo illius Capitulo Provinciali die 24. Julii 1697. celebrato ad Officium Prioris Provincialis hujusmodi electus, ejusque Procurator ad hanc Almam Urbem missus varia confilia, & conatus meditarentur, ut ipsius Didaci Fratres secundum carnem dicti Ordinis

professores

Referuntur
Constituti-
ones, & Cau-
zæ Mandati.